ASTRONOMICVM ENVNCTIATVM TRICESIMVM SEPTIM.

Cyclum Solarẽ, Literam dominicalem, annunq; Bisextilem, Interuallum & concurrentes, per instrumentum præsens velocissimè consequi.

Solaris vnde dicatur.

CYCLVS SOLIS COMPREHENdit 28 annos. Solaris vocat', nõ ideo, quia Sol tãto tẽporis interuallo cursum suũ pficiat signiferũ peragrãdo, sed qd in 28 annis varietates vniuersæ quæ in litera Solari, id est, dominicali, anno Bisextili, diebusq; concurrentibus euenient ad sua principia pristinumq; statum reuertuntur. A eo quo annorũ curriculo Bisextilis vna cum communi anno nullas non ferias seu dies hebdomadæ occupant, id est, tanto annorũ lapsu omnes literæ Calendarii dominicales fiunt, ex bisextilibus duobus integra septimana conflatur. Annus autem Solaris diebus 365 constat Iulio Cæsari primum obseruatus, Huius principium cum à meridie summas, sequentis anni principium vesperi post meridiem cæpturum est eiusdem diei quo prius cæpit, Secundus annus media nocte auspicabitur eiusdem diei, aliquid amplius iam promouens, Tertius non eundem magis diem sed auroram sequentem exordio suo vendicabit, sicut & quarto anno eiusdem diei meridies rursus principium dabitur, quamobrẽ dies integra intercalatur quarto quouis anno, id quod fit 6 Kalendas Martii, iterumq; annus incipit in eiusdem diei meridie velũt antea. Intercalatio ista nullibili commodius fieri potest, quàm in Februario, eò quod mensis ille omnium breuissimus sit, quam obrem Sexto Kalendas Martias, qui est 24 Februarii dies hoc confieri assolet. Scribitur autem sexto Kalendas bis, literaq; F bis repetitur, quam ob causam annus intercalaris etiam Bisextilis vocatur, quasi Bis sex Kalendas Martias habens. Illi vero duo dies pro vno numerari solent. Tanta autem intercalationis huiusmodi necessitas incumbit, vt nisi fieret, dies natiuitatis Dominicæ aliàs in spacio 728 annorum in diem Ioannis Baptistæ recisurus, reliqua vero festa perdimidium annum euariatura sint. Quanq; autem singulis quatuor annis intercalatio iteretur, nihilominus tamen, quia annus non ad vnguem adeo 365 dierum & 6 horarum est, ephemeris seu Calendarium, sicut videre licet, adhuc inemendatum nobis durat, velut in sequentibus dicetur fusius. E cyclo Solari, literam dominicalem, annos & Cõmunes & Bisextos, Dieſq; cõcurrentes venamur. ¶ Per figuram sequentem indagare qui cupiet ea, primum è propinqua hic tabula propositi numeri centenarium minorem anno post Christum accepto eliget. Numerus huic centenario collateralis Solaris cyclus vocabitur, eundem in instrumenti limbo extremo seu ampliori videns cũ indice X exprime. Annum post hac in circulo spirali propositum require, ab inuento limbum vsq; extimum recta traiicito, in quo numerum cycli Solaris in interiori literam dominicalem reperies. Si litera dominicalis vna dumtaxat offenditur, annum dices communem, si duplex, annus bisextilis nuncupabitur. Prior autem seu superior literarum dominicalis erit à anni principio in 24 Februarii diem, Secunda vel inferior à 24 die Februarii in finem anni vsq;. Quemadmodum anno nati Redemptoris nostri reperiuntur 9 prope radicem (qui numerus si Dionisio abbati, cognomẽto exiguo, fidem habemus) eo tempore Cyclus Solaris extitit. D C literæ dominicales, quarũ D vsq; ad Matthiæ festum dominicas docuit, C ad anni exitum.

Annus Bisextilis quis sit & vnde dicatur.

Operandi modus.

Exemplum CAROLI. Imperatoris.

¶ CAROLI Imperatoris nati Centenarius est 1500, quo in tabula perspecto 25 iuxta Cyclus scz Solaris exhibet, quem numerũ 25 in limbo exteriore querenti E D literæ dominicales offerentur, indicantes CAROLVM esse anno Bisextili genitum. ¶ Regẽ FERDINANDVM anno currenti 1503 natum nouimus. 1500 centenarius dat 25, vt antea, in tabula, quæ in limbo quæsita, index X signet, in circuloq; spirali 3 reliquis annis inuentis, ab hiis directè ad limbum exteriorem promouendo, ibidem 28 cyclus videlicet Solaris, in proximo litera dominicalis A inuenietur. ¶ Quo pacto & ante Christum sit agendum vno exemplo docebẽris. Tempus igitur Romæ conditæ 753 anni completi ante Seruatorem fuisse feruntur. Centenarius inde maior 800 acceptus, & in tabula examinatus 23 collateralia dabit, quibus in limbo quæsitis, index X sublocabitur, 753 deinde ab 800 subtracta 47 relinquunt annũ currentem, in quo vrbs extrui cæpit. In circulo igitur gyroso 47 requisita, supra se cyclum Solarem 12, literamq; Dominicalem G huic numero congruum ostendent. Bisextilem annum alia quoq; ratione & expeditissima potes scire sic. Si propositum annorum numerum per 4 diuidas & nihil redundet, annus propositus Bisextilis est, sed hoc in annis post Christum numeratis. Ante vero hoc pacto agis. Propositum à centenario maiore demes, dempti summam deinde per 4 secabis, velũti in hoc priori vrbis fundatæ exemplo patet, in quo Rhoma tertio anno post Bisextum condita videbatur, cum enim 753 annos post fundationem scz ad Christum elapsos ab 800 subtrahas, 47 remanent, quibus diuisis per 4 supersunt 3, quæ annum tertium post Bisextilem fuisse indicant, Retro ergo à Christo computanti, 754 anni

Exemplũ Regis FERDINANDI.

Rhomæ cõditæ cyclus Solaris, litera dominicalis, interuallum & cẽ quæ extiterunt.

ASTRO·CAESA

anni completi occurrunt. Literę Dominicalis subinde variatæ causa est duplex. Vna quod in anno Bisextili 24 die Februarii, f, f, litera bis confestim iteretur, vnde contingit necessariò, sequentes literas vniuersas integro diei spacio transponi, velũti hoc exemplo. CAROLVM Cæsarem anno Bisextili ortum accepim' 24 Februarii, quo die literæ incipiunt diuersificari siue mutari dominicè, Vicesimoquarto enim die f litera apparet, diem Lunæ referens, quoniam E dominicalis in 24 vsq; diẽ fuit. Quãdoquidẽ aut intercalaris nomine F litera 25 diei quoq; tribuitur, f hoc loco dies Martis appellabitur, tametsi g hucusq; Martis signaturã gesserit. Qm autẽ annus ita totus vno die nunc super aggregato procedat, nõ illepide à germanis ain Schaltiar dicitur, Schalten enim Germani pptiè vocãt, qd latini circũloquẽtes, manus pmouere vel pttudere, vel vt sic dicã, pagere vocãt, furschiben, Shaltẽ enim & furtschibẽ idem diuersis natiõibus est. Alterã causam efficit finis anni principiũq; A litera signatum vtrumq;: Sequela siquidẽ literarũ A A duarũ facit vt dominicalis nõ variari non possit, sicut in anno Bisextili apparet, vt Anno Domini 1502 dominicalis litera B habita est, oportuit ergo literã A diem Saturni possedisse, est autẽ A litera diei 31 Decẽbris. Cũ itaq; nouissima Decembris Sabati dies sit, necessario primã sequentis anni (in quo nat' est rex FERDINANDVS) qui semper ab A incipit dominicã diẽ fuisse cõuincitur, ideoq; A litera quæ in anno FERDINANDI dominicalis esse debebat, mutata est. Cũ iã plerãq; de dominica die meminerimus, nõ videbatur abs re esse, si adhuc manifestiora de eadẽ festiuitate dominica in sequẽtib' sui vsum frequẽtiorẽ exhibitura in presentia tractarem'. Christiana itaq; ecclesia, quod Iudei Sabatũ, dominicũ diẽ nominauit, a Saturni in 5 olis diẽ digressa nõ temere, cũ enim Solis die Christ' & nat' sit & mortis victor, nos eodẽ die vitę triumphans restituerit, qs miretur? nõ potius hũc diẽ quàm Sabbati? in quo nihil tale nobis euenerit colere quid cũ Iudeis festiuitate nõ participaremus? à qbus omnis nostra religio abhorrere merito debet. A Iudeis autẽ dies Solis prima Sabbati vel feria prima, antiquitus dies Solis, sicut & nobis (der Sonnentag) appellatur, velũti Iudei rursus secundã Sabbati, quã veteres diẽ Lunę, nos (den Montag) dicimus. Restat nũc vt dicamus de internullo breuibus. ¶ Interuallũ spaciũ est, dieq; illud quod inter natiuitatis festũ & dominicã Esto mihi vel Quinquagesimã intercidit, reliqui vero dies à natiuitate vsq; ad proximã dominicam CONCVRRENTES nominantur. Cũ autẽ per literas dominicales hacten' interuallũ & festa mobilia inueniri solita sint, alium hoc loco inquirẽdi modũ præscribã, ita vt se vltro & sine negotio querẽtis offerãt. Cõcurrentes tantũmodo per regulã inuenire docebo. Regula. Literam dominicalem intuere, quæ si A est, cõcurrentem 0 esse scito, Si B tũ cõcurrens est 1 &c. vt patet hoc versu.

A 0. B 1. C 2. D 3. E 4. F 5. G 6.

Hoc adiecto de anno Bisextili, cuius litera dominicalis prior sedulo accipi debet secunda neglecta. Quod ad festa mobilia & interuallum attinet, in sequenti enunciato transigetur, vbi de paschate verba fient.

SEQVVNTVR RADICES CENTENARIORVM CYCLI SOLARIS.

TABVLA CYCLI SOLARIS.

Centenarii annorum ante & post Christi aduentum. Ann. Christi	Radices post Christum annis labẽtibus respondẽtes.	Radices ante Christum annis labentibus consentaneæ. Christi	
	9		9
100	25	100	21
200	13	200	5
300	1	300	17
400	17	400	1
500	5	500	13
600	21	600	25
700	9	700	9
800	25	800	21
900	13	900	5
1000	1	1000	17
1100	17	1100	1
1200	5	1200	13
1300	21	1300	25
1400	9	1400	9
1500	25	1500	21
1600	13	1600	5
1700	1	1700	17
1800	17	1800	1
1900	5	1900	13
2000	21	2000	25
2100	9	2100	9
2200	25	2200	21
2300	13	2300	5
2400	1	2400	17
2500	17	2500	1
2600	5	2600	13
2700	21	2700	25
2800	9	2800	9
2900	25	2900	21
3000	13	3000	5
3100	1	3100	17
3200	17	3200	1
3300	5	3300	13
3400	21	3400	25
3500	9	3500	9
3600	25	3600	21
3700	13	3700	5
3800	1	3800	17
3900	17	3900	1
4000	5	4000	25
4100	21	4100	9
4200	9	4200	21
4300	25	4300	5
4400	13	4400	17
4500	1	4500	1
4600	17	4600	13
4700	5	4700	25
4800	21	4800	9
4900	9	4900	21
5000	25	5000	5
5100	13	5100	17
5200	1	5200	1
5300	17	5300	13
5400	5	5400	25
5500	21	5500	9
5600	9	5600	21
5700	25	5700	5
5800	13	5800	17
5900	1	5900	1
6000	17	6000	13
6100	5	6100	25
6200	21	6200	9
6300	9	6300	21
6400	25	6400	5
5600	13	6500	17
6600	1	6600	1
6700	17	6700	13
6800	5	6800	25
6900	21	6900	9
7000	9	7000	21



PETRUS APIANUS *Astronomicon Caesareum* INGOLSTADT, 1540 THE BODLEIAN LIBRARY (Arch. B b.7)